



Venerabilem Fratrem Nostrum
STANISLAUM S.R.E. CARDINALEM DZIWIŚZ
Archiepiscopum emeritum Cracoviensem

in sollemnitate sancti Ioseph Sponsi B.M.V. argenteum episcopatus iubilaeum celebrantem affectu comitamur, recolentes eius fidelitatem ac constantiam in ministerio non solum pro Summo Pontifice sancto Ioanne Paulo II, Decessore Nostro, sed etiam pro Sedis Apostolicae augmento atque pro animarum salute potissime communitatis Cracoviensis diligenter expleto. Quapropter a Iesu Christo Summo Pastore ei copiosam animi remunerationem, valetudinem ac consolationem imploramus, dum, intercedentibus suavissima Deipara Maria Virgine, sancto Ioseph eius Sponso et Redemptoris Custode sanctisque Stanislao, Faustina et Ioanne Paulo II, Benedictionem ei eiusque propinquis imo ex corde impertimur, vicissim orationem poscentes, ut Successoris Petri officium fructuose exercere valeamus.

Datum Romae, Laterani, die III mensis Martii, anno MMXXIII.

Franz